



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt X. (a) Honorius III. Archiepiscopo Senon. & ejus Suffraganeis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

loco religioso, & deciditur, collationem esse  
irritam; tum quia sine auctoritate Episcopi  
facta est; tum quia erat Ecclesia nondum va-  
cantis. Respondetur laicum illum conferre in-  
tendisse Ecclesiam illam nondum vacantem, ut  
ex tunc valeret collatio in praesudicium Recep-

ris legitime possidentis; alias si conferre volun-  
set absque ejus praejudicio; ut a tempore va-  
cationis frueretur illa locus religiosus, valeret  
utique concessio cum consensu Episcopi fa-  
cta, ut docent ibi Abbae nn. 7. Hostiensis &  
alii.

## CAPVT X.

## (a) Honorius III. Archiepisco Senon. &amp; ejus Suffraganeis.

**E**Ti membra corporis Christi. Et infra: Provincie Senon. Capitula Cathedra-  
lia suam ad nos querimoniam transmiserunt, quod Archiep. Senon & suffra-  
ganei ejus, procuratores ipsorum nuper ad (b) provinciale Concilium convo-  
catus, ad tractatum eorum admittere voluerunt, licet nonnulla soleant in hu-  
jusmodi tractari Concilii, quæ ad ipsa noscuntur Capitula pertinere: quare  
nostram audience appellarent. Sanè nos auditis quæ ipsorum nuntiis super h̄o  
proponere voluerunt, & intellectis nihilominus litteris, quas nobis super eo-  
dem curastis negotio destinare: tractatu exinde cum fratribus nostris habi-  
to diligenter, & utique nobis, & eisdem fratribus nostris concorditer visum  
fuit, ut ipsa Capitula ad hujusmodi Concilia invitari debeant, & eorum nunti-  
iū ad tractatus admitti, maximè super illis, quæ ipsa contingere Capitula di-  
gnoscuntur.

## NOTÆ.

t. (a) **H**onorius III. ) In sexta collectione legi-  
tut Innocentius III. sed male, cùm tex-  
tus iste sit Honorii III. in cuius compilatione, sub  
hoc titul. cap. i. reperitur prout hic transcribitur.  
De Petro de Corbilio Senonensi Archiepisco,  
& ea Ecclesia nonnulla notavi in c. 6. de cons..

(b) **P**rovinciale Concilium. ) Quod quando, &  
quomodo sit celebrandum, exponemus in cap.  
sicut olim, de accusat.

## COMMENTARIUM.

2. **C**onstitutio hæc adeo singularis est, ut vi-  
x in iure expressum reperiatur, an evocanda  
sint Capitula suffraganea ad Concilium provin-  
ciale, ut in eo procuratores suffragium habeant,  
cùm nusquam, vel raro eos Concilii adfuisse  
legamus, nisi in aliquibus Conciliis nostre His-  
panie, præcipueque provincia Tarragonensi,  
ubi procuratores ipsarum Ecclesiæ post Ab-  
bates subscriptiunt; & Capitula ipsa evocata fuisse  
ad respondendum super negotiis, & rebus Ec-  
clesiæ, liquet ex cap. grave, de prabend. can. 13.  
Concil. Tarragon. i. ibi; Epistola non solum è Ca-

thedralis Ecclesiæ presbyteris, verèm etiam de dia-  
celanis ad Concilium trahant. Rationem hujus  
evocationis reddit Joannes Patriarcha Alexandr.  
anno 1331. in Concil. Tarragon. his verbis:  
*Quia alicer bonis Ecclesia Metropolitanæ, & Con-  
ciliis ministratur, & auctoritas Concilii, qua in multis  
consisti, prius quam paucus, subtrahitur circa ea  
qua in ipsis Conciliis tractandas sunt. Accedit, quod  
cum Concilia pro excessibus corrigendis, &  
pravis moribus reformatiis omnium clericorum  
convocantur, dict. cap. sicut, de accus. ideo  
Capitula suffraganea vocanda sunt, cap. de  
eulogii, 18. distinct. quod & expressit Synodus  
Trident. sess. 2. 4. de reform. cap. 2. Deinde, nam  
si in Conciliis generalibus praedita Capitula  
vocantur, ut constat ex actione 1. Concil. Chal-  
ced. in epistola Imperatoris ad Dioceorum, ubi  
prohibetur Episcopis, ne eosdem mitant pro-  
curatores, qui constituti sunt Capitulis, quan-  
tò magis ad Concilia provincialia vocari de-  
bent. Sed hoc jus ita observatum paulatim  
sublatum fuit, ita ut jam pluribus retrò sœcu-  
lis Capitula ad Concilia provincialia non vo-  
centur, eti Abbates jus baculi, & mitre ha-  
bentes evocantur, ut notavit Cironius in note  
ad hunc textum.*

## TITVLVS